

non habeat in ea nisi illud visitationis examinis eorum qui confessiones excipere volunt et ordinandorum ac cetera iurisdictionis iura que locorum ordinarii solent habere in suis Chathedralibus, exceptis iuribus supradesignatis que integre remaneant penes instituendum novum hoc Capitulum. Quod si presens aut successor Episcopus Trani pre-
sumpserit aliquid derogare ab his privilegiis qua nos ultra
concedimus nove collegiate Barulensi tunc liceat ipsi eximi
ab jurisdictione illius, ac abrogare conventionem veterem
factam cum eo sub hisce quasi iisdem condicionibus supra
expressis et rescindere quamcumque aliam vel factam vel
stipulandam inter utrumque et alieni alteri ex vicinioribus
sibi diecesibus si inveniat que cum hoc modo recipiat vel
Apostolice Sedi immediate subiciat, usque dum aliter Ro-
manus Pontifex juxta temporum, et rei conditionem de-
terminet, atque constituat; et hoc in casu eam cum pare-
ciis (*sic*) totius regionis modereter (*sic*) suus Archipresbiter
tamquam si esset nullius diecesis. Non obstantibus consti-
tutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque contra-
riis quibuscumque omnia antiquamus ac Auctoritate Apo-
stolica tenore presentium in favorem prediche Baruletane
Capitularis Ecclesie, oblitteramus. Volumus autem quod si
qua sive Ecclesiastice, secularisve potentia huic nostre con-
cessioni temere contraire (*sic*) tentaverit, donec presump-
tionem suam congrua satisfactione coercent, indignationem
(*sic*) Dei Omnipotentis, et Beatorum Petri et Pauli Aposto-
lorum eius incurrat et quoisque resipuerit anathematis
sententiis percellatur. Amen. — Ego Innocentius Catholice
Ecclesie Episcopus. — Ego Albericus Ostiensis Episcopus —
Datum Rome, per manum Honorii Lancellotta quarto Ka-
lendas Decembris inductione secunda. Incarnationis Domi-
nicae anno millesimo centesimo trigesimo nono. Pontificatus
vero Innocentii Pape Secundi anno decimo.

Extracta est presens copia ab alia authentica deposi-
tata in Prothocollo Scede quondam Notarii Ioannis Bap-